



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 64. Cæsaris oppositio per Achillem a Legatis Romam missum Pontifici  
nuntiata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. *bili.* Ne vero apud Germanos Pontificis  
 A.C. 1546. *urbes suspicionem præferant, poterit de-*  
*duci Synodus Genas, aut Lucam, civitates*  
*liberas, & Carolo addictas.*

## §. LXIV.

*Cæsaris oppositio per Achillem a Le-*  
*gatis Romam missum Pontifici*  
*nuntiata.*

*Pallav. l. c.*  
*n. 2. & 3.*

Bertanus Fanensis Episcopus hoc Cer-  
 vini consilium arripuit, moxque  
 Madrutium Cardinalem ad sollicitan-  
 dum Cæsarem impulit, postea vero ip-  
 sus fuit selectus, ut Legatorum nomi-  
 ne Imperatorem adiret; hi autem eo-  
 dem tempore Romam decreverunt Achil-  
 lem de Grassis Synodi Advocatum, ac  
 familiarem Cardinalis S. Floræ, qui  
 absentis Farnesii Papæ Nepotis munia  
 obibat. Verum Bertanus ad itineris  
 initium obviam habuit Virum, qui Ma-  
 drutio tum ab Epistolis erat, hæcque  
 Episcopo nuntiabat: *Cum ex Oratorum*  
*litteris cognovisset Cæsar transferendæ Sy-*  
*nodi consilia, vehementer commotus in mi-*  
*nas prorupit, atque ubi hoc fieret, absque*  
*mora se cum Lutheranis concordaturum, su-*  
*isque prospecturum emolumentis minatus*  
*est. His perceptis Bertanus adstipulan-*  
*te etiam præfato Secretario, fatius fo-*  
 re



re censuit, quod ad sua rediret, quam se acerbioris repulsæ discrimini exponeret. Itaque Tridentum reversus altera post discessum die ibidem advenit, unde etiam Achilles de Grassis ex itinere suo revocatus fuit, sed eodem ferme tempore Romam missus acceptum de Cæsaris voluntate nuntium perierit, illumque transferendæ Synodo obluctantem significare jubebatur. Paulo post Fanensis Episcopus pariter Romam fuit ablegatus, ut de re gesta Papam certior redderet, eique exponeret, quod ad placandos Germanorum animos plurimum conferret, si per unum adhuc vel duos menses Tridenti Concilium retineretur: Inde enim sperabat Madru-  
tius, fore, ut ipsemet securus esset a tumultibus, quos hæc translatio per ipsius imprudentiam, ac animi vehementiam excitata suscitare posset.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1546.

§. LXV.

*Papæ Epistola ad Legatos circa Synodi translationem.*

Priusquam hi Deputati Romam venirent, Tridentum allatæ sunt Pontificis literæ, quibus ob allegatas Legatorum rationes, & hostilis exercitus terrorem ad vicina loca effusum, ad Synodi translationem animum flexit, *Pallav. ib.*  
fuis-